



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 215. Unicus Card. a Paulo V. renuntiatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

Sæc. XVII.
A. C. 1605.

Lectio inhibita est, rejiciebatur. Alium librum, quem P. Davignonius ex Ordoine S. Francisci vulgaverat, tanquam Blasphemiis scatentem Facultatis Syndicus denunciabat, desuper tamen conclusum, examen hujus libri Patri Guaradiano suisque Theologis esse committendum, eo fine, ut si hunc librum responsione dignum censerent, ipsimet ad objecta responderent; Certi enim erant Facultatis Theologi, quod privati dispendii formido Franciscanos nequam a communi justitiae bono absterere valeret.

§. CCXV.

Unicus Cardinalis a Paulo V. renuntiatus.

Die decima octava Julii Paulus V. summus Pontifex primo sui Pontificatus anno Scipionem Caffarellum patria Romanum ex Sorore Nepotem Sacra Ciacon. in
vic. Pauli V.
Marac. in
Purpura Marian.
decorabat Purpura, adjecto titulo S. Chrysogoni: cum vero Pontifex eundem, licet alias meritis insignem, innumeris divitiis ac Sacerdotiis honestasset, haud Nepotismi labem effugere poterat, quamvis spectato Nepotis Pontificii ministerio excusandus foret Pontifex, dum sanguine propinquorem se legit, si eo nullum fideliores sibi existimat.

Sæc. XVII. stimat. Hic enim pro Officii sui ratio
A.C. 1605.ne, oculus, lingua, manus mensque
est Pontificis, coram illo omnia Chri-
stianæ Reipublicæ negotia exponuntur,
pertractantur, & conficiuntur. Hi-
jus primum limen terunt Principum,
Regumque Oratores. Huic publice
necessitates, tam Ecclesiæ quamvis
summo Pontifici exponendæ prius
deferuntur: ad ipsum quoque Regum,
Principum, ac Nuntiorum Papalium
literæ & querelæ diriguntur. In om-
nibus vero præfixum actionibus suis fi-
nem habeat Gloriam Dei, animarum
salutem, incrementum fidei & Ecclesiæ,
necnon totius Orbis Christiani tran-
quillitatem: Absque hoc onere Cardi-
nalis Nepotis honor in vicia degenerat,
inde lacrimæ & querelæ plurimorum,
qui noxios cum innocuis æquali lance
ponderantes promiscue scribunt, Ne-
potes duntaxat in detrimentum Ec-
clesiæ & flagellum Principum Italicæ
assumi, illorum prodigalitate, luxu &
fastu Ecclesiæ æraria exhausti, eos
denique in immensum ex spoliis pau-
perum & eleemosynarum locupletari,
atque ab illis totius discindi tunicam
Christi, quoties usurpant, distrahit,
& sibi appropriant patrimonium Petri.
Hæc autem mala non ex Nepotum Car-
dinalium officio, sed ejusdem abusu
apud

apud paucos dimanarunt, quin pro- Sæc. XVII.
pterea Pontifices solo hoc nomine pas- A. C. 1605.
sim culpandi sint, quod Nepotes suos
Purpura & dignitatibus decorarint, a
quibus, ceteroquin dignissimi, excluden-
di non forent, quia Nepotes sunt.

§. CCXVI.

*Ordo piorum Operariorum in-
stitutus.*

Ad instaurandam Ecclesiæ disciplinam,
& rudes in doctrina Christiana in-
stituendos utilem prorsus operam na-
vabat Carolus Carafa ex nobilissima An-
driæ Ducum stirpe progenitus. Hic de-
cimo sexto ætatis sive anno Societatem
ingressus, quinto post anno unacum
habitu non modo nominis, sui existi-
mationem, sed & vitæ integritatem
exuit, tandem vero in se reversus, re-
licta profana militia, totum se piis exer-
citationibus dederat, ac Sacro Pres-
byteratus Ordine initiatus, rudes agri-
colas in Dei cognitione, & Christianæ
vitæ actionibus instituere adlaborabat,
non sine magno animarum fructu, cu-
jus spe allecti ex Sacerdotibus nonnulli
iisdem vacare cœperunt operibus, ac
novæ Congregationi, quorum Alumni
vocantur *Pii Operarii* hoc anno initium
fecere: Attamen adversus eos ingen-

Hist. Eccles. Tom. LIII. CCC tem